



## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XLII. † Birckelsdorfensis, prope Marcodurum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)



quotidianis signis & miraculis claret, perpetuum matutinum Sacrum instituentes &c.

## XLII. ✠

### BIRCKELSDORFENSIS, prope Marcodurum.

**I**Nter Marcodurum vetus oppidum, & Birckelsdorff, habitabat Molitor, cui ut plurimum ventus nullus iniquior erat, quam qui à fortuna proueniret, adeo ut quidquid illi Molendinum adstrueret commodi, destrueret sortis aduersæ impetus. Huic equi, boues, iumenta, & quidquid longo sudore partum, breuis sæpe euertebat aut pestis, aut casus alius. Quapropter redactus ad incitas & desperationem, ad ariolos, præstigiatricesq; confugit, quorum consilio, uti sunt in Sacramenta iniuriosi, Eucharistiam subter domus suæ limen superstitiosè velut in sepulchrum deposuit. Hoc quasi pessulo obiecto sagis aditum prohibiturus, quarum impiis machinationibus, malum omne consulti præstigiatores expensum ferebant. Obsequitur pessimo consilio, si-  
mula-



mulata peccatorum confessione , sa- *Ex spe-*  
 cram hostiam ore excipit, asseruatamq; *cieb. ve-*  
 sub limine defodit: at subito conscien- *nerabi-*  
 tiæ inquietæ sollicitatus stimulis, refo- *lis ho-*  
 dit denuò , & vt sacri panis species ci- *stia, †*  
 tius absumeretur, parti axis, in qua mo- *excre-*  
 laris rota voluitur, imponit, ac mox ve- *scit.*  
 xante synderesi inde eximit, & malum  
 arborem terebrans, foramini illius insi-  
 nuat, arcteque, ne quid pateat, obstruit.  
 Sed neque scelus hominis, neque glo-  
 riam suam Deus sub panis & arboris ve-  
 lamento & cortice latitans, occultam  
 esse voluit. Enimvero altera post die,  
 inter ramos, feliciori quam arbor me-  
 reretur propagine, Crucifixus excreuit.  
 Latere enim tam pretiosi sub cortice se-  
 minis fructus diu non potuit. Molitor  
 vt vidit, tantum non obrigit, conster-  
 natus, tam sceleris sui, quam diuinæ po-  
 tentiæ magnitudine. Neque res tam in-  
 uisa, tam inexpectata, fugere alios diu  
 potuit. Itaque vt primum diuulgata est,  
 ad sacrosanctæ Crucis, rei q; gestæ tum  
 honorem, tum memoriam, ibidem loci, *† sponce*  
 S. Crucis sacellum erectum est, quo *sua se*  
 temporis iniuria collapsa, cum miracu- *trāsferet*



lofam Crucem, Marcodurum quidam transtulissent, altero hæc die inuenta est in Ecclesiam Birekelsdorffianam miraculosè migrasse. Vbi quotannis, ipsi Inuentioni S. Crucis sacris feriis, maximo concursu colitur, & frequentem sanè febricitantibus in primis opem præstat.

XLIII. ✠  
ELLENSIS, PROPE  
Marcodurum.

**A** Pud Ellenses, Ordinis Præmonstrati Moniales, Crucis Dominicæ, non exiguam partem vidi asseruatam, & quam de illa narrationem, mecum eadem Virgines communicarunt, verbis Tabularij ipsarum adiicio:

*Fuit quondam Virgo Nobilis, Sanctimonialis in Ellen, Ordinis Præmonstratensis, milli-ri infra Marcodurum, cui frater vnice dilectus erat. Hic in terram Sanctam proficiscens, rogatus à sorore, pro memoriali inde asserendo, pia petitioni annuens, obtinuit Hierosolymis particulam S. Crucis. Cum verò exorta magna tempestate in maris transitu, omnes de vita periclitarentur, iussi sunt à Nauis patrono omnia in  
mare*